



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 61. Synodus Burdegalensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

**Sæcul. XVI.** Cuncta hæc capita in quinque con-  
**A.C. 1583.** gregationibus fuere discussa, quibus  
 absolutis Synodo finis imponebatur,  
 divulgatis illius actis.

§. LXI.

*Synodus Burdegalensis.*

**Labb. p. 945.** Eodem anno Antonius Prævotius San-  
 facus Burdegalensis Archiepiscopus  
 in sua Metropoli aliud habebat Conci-  
 lium, in quo statuta Rhemensis Con-  
 cillii decretis propemodum similia san-  
 ciebantur: præcipue vero ibidem age-  
 batur de Pastorum residentia, Verbi  
 Divini prædicatione, necnon de debito  
 omnium ad beneficia curata promovend-  
 orum examine, ac de Scholis, &  
 Hospitalibus: præterea leges, & sta-  
 tuta condebantur pro Burdegalensis Pro-  
 vinciae Seminariis, eorumque Rectori-  
 bus, atque Alumnis: porro hæc de-  
 creta ex mandato Archiepiscopi pro-  
 mulgata pariter Pontificio diplomate  
 die tertia Decembris fuere approbata,  
 quam in rem Cardinalis sancti Sixti, qui  
 Gregorii XIII. Nepos erat, datis ad Ar-  
 chiepiscopum litteris eidem prosperum  
 Concilii sui successum gratulabatur,  
 eumque certiore reddebat, quod om-  
 nes Cardinales illius acta approbassent,  
 adjectis tamen quibusdam mutationi-  
 bus, quas ad Archiepiscopum eadem  
 occasio-

occasione transmittēbat. Data erat <sup>Sæcul. XVI.</sup> A.C. 1583.  
 hujus Cardinalis epistola die decima  
 nona Decembris.

§. LXII.

*Synodus Turonensis Andegavum  
 translata.*

**T**ertium Provinciale Concilium pari- <sup>Labb.</sup>  
 ter hoc anno Turonii celebratum <sup>p. 1002.</sup>  
 est, cui Simon a Maille præfatæ Urbis  
 Archiepiscopus præerat, præsentibus  
 Guilielmo Ruzeo Andegavensi, Philip-  
 po Beco Nanatensi, Nicolao Angelerio  
 Briocensi, Aimero Hennequino Rhe-  
 donensi, Carolo Liscoeto Corisopotano  
 Episcopis Suffraganeis: equidem etiam  
 Dolensis Episcopus intererat, discessit  
 tamen ante Synodi exitum, Procura-  
 torem suum relinquens: insuper Vene-  
 tensis Episcopus Concilio ad finem ver-  
 gente abiit: Macloviensis autem, &  
 Cenomanensis nonnisi suos Vicarios  
 Generales ablegabant, cum vero eo  
 tempore Treconensis Ecclesia Episcopo  
 careret, Capitulum suos Oratores de-  
 cernebat: igitur huic Concilio Turonii  
 Mense Septembri initium datur, ubi  
 cum cuncti congregati essent, regno  
 prosperitatem, suoque Principi incolu-  
 mitatem præcabantur, simulque libel-  
 lus Regi porrigendus prælegebatur,  
 quo supplicatum, ut in suo Regno

H 3

Triden-